

Quoniam ipse est Dominus Deus tuus. Ne formam ferui
spernas, ne potentis infirmitatem excelsique humili-
tatem derideas, ipse est Deus tuus. In eo quod parvus
apparet, magnus latet, in umbra mortis sol iustitiae,
in contumelia crucis, Dominus gloriae. Quamuis eū
persecutores necent, infideles negent, ipse est Dominus
Deus tuus, per huius corpus immutantur, quae antea
per umbras figurabantur. Psalmus quoque sexagesi-
mus octauus habet in titulo, Pro ijs qui commutabun-
tur. Et cantatur ibi passio Domini nostri Iesu Christi,
transfigurantis in se quasdam etiam voces membro-